

2[^] edizione

20/22 maggio 1999

Dalla partecipazione alla 1[^] edizione erano esclusi gli studenti dei Licei della nostra Provincia.

Con la seconda edizione vengono istituiti il Premio “Eugenio della Valle”, riservato agli studenti del 2° e 3° anno dei Licei Classici della provincia di Caserta, e il premio “Giuseppe Caiati” riservato agli studenti del 4° e del 5° anno dei Licei Scientifici della Provincia di Caserta.

I partecipanti al Certamen furono 97.

**giovedì
20 maggio**

ore 20,00

Museo Archeologico dell'Antica Capua

Via R. d'Angiò, 80

Benvenuto ai convegnisti

Interventi:

dott. Vincenzo Iodice

dott. Alfredo Perrone

dott. Riccardo Ventre

dott. Ercole Ammaturo

prof. Rosanna Cioffi

dott. Valeria Sampaolo

Sindaco

Presidente del Consiglio Comunale

Presidente Provincia di Caserta

Provveditore agli Studi di Caserta

Preside Facoltà di Lettere e Filosofia

Direttore Soprintendenza Archeologica

**venerdì
21 maggio**

Ore 9,00

Facoltà di Giurisprudenza - Pal. Melzi - Aula F

svolgimento del *CERTAMEN*

Ore 9,30

Facoltà di Giurisprudenza - Pal. Melzi - Aula C

Incontro di studio su

"La didattica del latino"

Interventi:

Prof. Aldo Luisi (Università degli Studi di Bari)

La scelta dei libri di testo: le grammatiche del latino

Prof. Rossana Valente (Università degli Studi di Napoli)

Le nuove tecnologie e l'insegnamento del latino

Ore 17,00

Visita del Museo dell'Antica Capua

Ore 20,30

Cinema Teatro Politeama - rappresentazione de

" Le Troiane " di Euripide

a cura del gruppo teatrale del Liceo Classico "G. Nevio"

**sabato
22 maggio**

Ore 9,00

Visita guidata all'Anfiteatro e al Mitreo

Ore 11,15

Facoltà di Giurisprudenza - Pal. Melzi - Aula A

Prof. Aldo Luisi (Università degli Studi di Bari)

Considerazioni sul testo latino oggetto del Certamen 1999

Ore 12,00

Conclusioni:

prof. Maria Luisa Chirico Assessore alla crescita culturale

Premiazione dei vincitori

Il testo da tradurre

CERTAMEN LATINUM CAPUANUM

2^a edizione - 1999

Capuam deduci colonos volunt, illam urbem huic Urbi rursus opponere, illuc opes suas deferre et imperii nomen transferre cogitant. Qui locus propter ubertatem agrorum abundantiamque rerum omnium superbiam et crudelitatem genuisse dicitur, ibi nostri coloni delecti ad omne facinus a decemviris collocabuntur, et, credo, quae in urbe homines in vetere dignitate fortunaque nati copiam rerum moderate ferre non potuerunt, in ea isti vestri satellites modeste insolentiam suam continebunt. Maiores nostri Capua magistratus, senatum, consilium commune, omnia denique insignia rei publicae sustulerunt, neque aliud quicquam in urbe nisi inane nomen Capuae reliquerunt, non crudelitate - quid enim illis fuit clementius, qui etiam externis hostibus victis sua saepissime reddiderunt? -, sed consilio, quod videbant, si quod rei publicae vestigium illis moenibus contineretur, urbem ipsam imperio domicilium praebere posse.

Quid enim cavendum est in coloniis deducendis? Si luxuries, Hannibalem ipsum Capua corripit, si superbia, nata inibi esse haec ex Campanorum fastidio videtur, si praesidium, non praeponitur huic urbi ista colonia, sed opponitur. At quem ad modum armatur, patres conscripti! Nam bello Punico quicquid potuit Capua, potuit ipsa per sese; nunc omnes urbes, quae circum Capuam sunt, a colonis per eosdem decemviros occupabuntur; hanc enim ob causam permittit ipsa lex, in omnia, quae velint, oppida colonos ut decemviri deducant, quos velint. Atque his colonis agrum Campanum et Stellatem campum dividi iubet. Non queror deminutionem vectigalium, non flagitium huius iacturae atque damni, praetermitto illa, quae nemo est quin gravissime conqueri possit, nos caput patrimonii publici, pulcherrimam populi Romani possessionem, subsidium annonae, horreum belli, sub signo claustrisque rei publicae positum vectigal servare non potuisse, eum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per sese et Sullanae dominationi et Gracchorum largitioni restitisset, non dico solum hoc in re publica vectigal esse, quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat, militem sustentet, hostem non pertimescat; praetermitto omnem hanc orationem et contioni reservo; de periculo salutis ac libertatis loquor.

Quid enim existimatis integrum vobis in re publica fore aut in vestra libertate ac dignitate retinenda, cum Rullus atque ei, quos multo magis quam Rullum timetis, cum omni egentium, atque improborum manu, cum omnibus copiis, cum omni argento et auro Capuam et urbis, circa Capuam occuparint?

His ego rebus, di immortales, resistam vehementer atque acriter neque patiar homines ea me consule expromere, quae contra rem publicam iam diu cogitarint.

La Commissione

presidente: **prof. Arturo De Vivo**, docente di Latino della Facoltà di Lettere della II Università di Napoli



commissari: **prof. Aldo Luisi**, docente di Letteratura Latina all'Università di Bari
: **prof. Crescenzo Formicola**, docente dell'Università degli Studi Federico II di Napoli







La premiazione

1° classificato: Roberta Palleschi – Liceo Classico “Tulliano” di Arpino

2° classificato: Elisa Lavolta – Liceo Classico “A.Calamo” di Ostuni (Bari)

3° classificato: Maria Mangiatordi – Liceo Classico “C. Sylos” - sez. staccata di Bitonto

Premio “Eugenio Della Valle”

Filippo De Camillo – Liceo Classico Statale “C. Nevio” di S. Maria Capua Vetere

Premio “Giuseppe Caiati”

- Tecla Lucca – Liceo Scientifico “L. Garofalo” di Capua















